

S P Vir Nobilissime

21

Uter liberatus, ut et commendam cognationem, quoniam
has reddidit, eo rogatus, duxerunt et commendam Celsissimo
Arausio, ut in Principi, ad eam gratiam post tertiam
a militibus detinerent a consilio nominationem in Capite...

16

Generosissimo iuxta atq; Magnificentissimo
Viro

20

Dno Const: Huygeno

Domino de Zuylichem Equiti Furato et
Sereniss: ac Celsiss: Principi Auriaco
a Secretis Consilij

Domino ac Moeccenati suo perpetim suscipiendo
venerando

Generosissime ac Magnificentissime Domine:

Iter mihi in Norwegiam ob certas easq; valde
urgentes causas meditati, quo commodius illud
tutiusq; prosperante Divino numine ingredi et
perficere liceat, litteras salvi conductus quod ajunt
a sereniss: Celsiss: sua Principe Auriaco asserime
usui futuras, penitus persuasum mihi habeo.

Ad illas impetrandas cum primarij alicujus viri
autoritate non vulgari apud pmemoratum Celsiss:
sua potentis intercessione magno opere indigeam,

Ad Generosiss: Magnificent: tua, cujus singularis animi
propensio toties jam erga me perspecta, ad hoc
audendam, invitamento mihi fuit humillime confugere
mentem induxi meam; Obnix etiam atq; etiam rogans
ne Generosiss: Magnificent: tua, ad istiusmodi profatas
salvi conductus litteras a sereniss: Celsiss: sua obtinendas
operam nunc suam deesse patiatur. Cujus desiderij
competem si Generos: Magnificent: tua, tunc reciderit
non solum modo a viternum me tibi obstrictum habebit,
verum magis magisq; etiam ansam mihi dabit Divinam clementiam
absiduis ardentibusq; pro incolunitate sua, prosperoq; omnium rerum
succesu votis implorare

Sua Generos: Magnif:
virtutibus famaq; Deditissimus
Petrus L. Bucharia

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]

